

Universitätsbibliothek Paderborn

De Vetere Clerico, Monacho, Clerico-Monacho, Libri Tres

Primus veterem habitum: Secundus conuictum ac disciplinam: Tertius honores ac priuilegia describit

De Clerici, Monachi Vetere Institvto. Liber Primvs - Distinctus in tres Partes. In quibus, praeter veterem eorum habitu[m], multa quoque inserta de veste veterum laicorum. Breuiterq[ue] explicata singulorum origo, & antiquitas.

Landmeter, Laurentius

Lovanii, 1626

Cap. XX. Scapulare Græcis Analabus. Quid Ependytes. Quid Eraciectes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11007

156 DE VETERE CLERICORVM
(inquit) superinduitur textum pectorale tho-
raci simile . Vnde errare colliguntur qui
Mosaica superhumeralia communibus
monachorum scapularibus compararunt,
neque enim illa aut vestem stringunt , aut
corpus ambiunt , aut aliquo modo thora-
cem tunicamve referunt. Licet hoc cum
superhumerali Mosaico habeant com-
mune , quod *duas iunctas oras habeant in*
utroque latere summitatum, & quod duo-
bus humeralibus vt loquitur Sixtus Se-
nen. aut duabus exomidibus vt loquuti
Interpretes 70. Humeros pectusque tegat.

C A P V T X X.

*Scapulare Græcis Analabus. Quid Ependy-
tes. Quid Eraciestes.*

Scapulare Græci Analabum vocant,
Dedrini.
I. de
Abre-
mun. vt videre est in Græcorum Encho-
logio , & apud Dorotheum Abbatem.
Habitus noster (inquit) *is est* , *Tunica abs-*
que manicis, Zona pellicea, analabus, cu-
cullus . Additque eius significationem,
Anala-

ET MONACHORVM HABITV. 157
nalabus (inquit) in modum Crucis ponitur,
vt eo signo admoneatur monachus vocis
dominicæ, *Tolle Crucem tuam.*

Apud asceticos Scriptores frequen-
tius nominatur Ependytes. fallitur enim
Marius Victorius qui ea voce interulam
significari putauit: quæ iuxta omnes E-
pendytes vestis exterior. Et Interpres vitæ
S. Anthonij apud S. Hieronymum, (siue is
Hieronymus sit siue Euagrius.

nam adhuc sub Judice lis est)
loquens de S. Anthonio, lauit (inquit) *E-*
pendytem suum, id est scapulare. licet enim
aliqui existiment interpretationem illam
ex margine irrepsisse in textum, admit-
tunt tamen eam rectam esse & genuinam.

Ependyti apud S. Hieronymum in vi-
ta S. Hilarionis adiungitur Eraciastes.
Quam totam vocem quia nō intellexit Era-
muis obmisit, inquit Lindanus. Laborant-
que hodie Auctores in reddendâ huius vo-
cis significatione. Petrus Lansselius teste
Rosweida existimat legēdum Eriacestem,
quasi lanam acu consutam. Ipse Rosweida

Apolo-
p. 2.

V 3 rem

158 DE VETERE CLERICORVM
rem linquit indecisam. Lindanus putat le-
gendum fore Racidion, vel Racion, vt
detortum sit à græco ράξη. Vide quæ paul-
lò infrà ex aliâ occasione de hac voce su-
mus dicturi.

C A P V T X X I .

*De Monachorum Zona. quid symbolicè si-
gnificet.*

Vide
Cassian.
lib. i.
Instit.
TUnicam cingebat Zona, quandoque
lanea, vt plurimum pellicea : idque
veteri instituto. Sic enim cinctos refert
Scriptura Eliam & Iohannem Monacho-
rum Parriarchas. Et Acta S. Fulgentij, Pe-
lliceo cingulo, inquiunt, tanquam monachus
utebatur.

Suet. in
Julie.
De cinctura monuit Cassianus, ut non
sit superior lumbis, est enim muliebre : neque
laxior ut tunica diffuat ; ignavum enim est
et molle. etiam apud Gentiles. Vnde nota-
tus fuit Caius Cæsar quod esset fluxiore
cinctura. Ac inde emanauit Sylla dictum Opti-
mates sapius admonentis, ut male precin-
ctum